# APPENDICE

Documento n. 1

ACD, *Capitolo Maggiore*, cart. XXX, 31,

In nomine domini amen. Nos Johannes de Carnago et Christophorus de Casteliono legum doctores qui ut confidentes requisiti sumus per dominos ordinarios ecclesie Mediolanensis ex una parte et per dominum Morum de Prealonis seu agentes pro eo ex altera ad consulendum declarandum et determinandum quid iuris super facto de quo infra fit mentio, cuius facti narrationis tenor sequitur in hac forma videlicet. Factum tale est. In ecclesia Mediolanensi adest Statutum inter alia in hec verba: Item quod nullus possit nec valeat esse archipresbyter, archidiaconus nec ordinarius dicte ecclesie Mediolanensis nisi sit de nobili genere procreatus, videlicet capitaneus vel vavasor et intitulatus seu insignitus clericali caractere ad altare maius dicte ecclesie et de antiqua prosapia civitatis et diocesis Mediolanensis, et de legittimo matrimonio seu legitime natus. Nec ipsi domini ordinari et capitulum ipsius ecclesie Mediolanensis possint, nec valeant recipere vel admittere aliquem in archipresbyterum, archidiaconum et ordinarium ipsius ecclesie nisi sit ut supra de nobili genere procreatus videlicet capitaneus vel vavasor et intitulatus seu insignitus clericali caractere ad altare maius dicte ecclesie Mediolanensis et de antiqua prosapia civitatis seu diocesis Mediolanensis. Item quod nullus possit nec debeat titulari ad dictum altare maius si passus fuerit aliquo deffectu evidenti in persona sua vel qui non fuerit de nobili genere procreatus videlicet capitaneus vel vavasor et alias de legittimo matrimonio procreatus ut supra et approbatus per quatuor vel saltem per tres ex dominis ordinariis ressidentibus dicte ecclesie et per publicum instrumentum.

Et venerabilis vir dominus Morus de Prealonis filius Alberti fuit laudatus per venerabiles viros dominos Christophorum de Medicis decretorum doctorem archipresbyterum, Filipolum de Bizozero, Antonium de Gluxiano, Ambrosium de Maineriis, Johannem de Curte de Yspra, Ambrosium de Carchano, Johannem de Homodeis ed Ambrosium de Blancis de Vellate, omnes ordinarios ecclesie Mediolanensis tanquam de nobili genere procreatus, et ut posset et deberet clericari ad altare maius dicte ecclesie Mediolanensis prout in instrumento laudationis huiusmodi per Beltramolum de la Cruce notarium 1395 die martis 18 mensis Maii continetur. Ipsoque sic laudato ordinatus fuit in clericum ad altare maius dicte ecclesie Mediolanensis, deinde et pro parte ipsius domini Mori impetrata fuit gratia expectatura ad collationem dictorum dominorum ordinariorum et capituli



ut supra vigore cuius ipse dominus Morus acceptavit ordinariam et canonicatum et prebendam tunc vacantem per obitum domini Christophori de Medicis in dicta ecclesia Mediolanense et sibi obtinuit auctoritate apostolica provideri et in possessionem induci. Subsequenter obtinuit novam provisionem de ipsa auctoritate apostolica. Ulterius postmodum quondam dominus Lazarus de Prealonis patruus ipsius domini Mori obtinuit quandam aliam ordinariam tunc vacantem per obitum dicti quondam Ambrosii de Carchano et ad ipsum admissus fuit per capitulum dicte ecclesie et concorditer nemine discrepante et cum eo capitulo interfuit divinis offitiis quasi continue per spatium octo mensium et ultra et donec recessit ab hinc. Dum querit votum domini ordinarii nunc ressidentes teneantur recipere et admittere dictum dominum Morum in ordinarium, ipsis dominis ordinariis allegantibus dictum dominum Morum non facere fidem nec fecisse quod sit capitaneus vel vavasor prout statuta predicta disponunt, licet predictus dominus produxerit tempore laudationis quandam pretensam cronicam, quam asserebat facere fidem de hoc. Et qui vidimus et diligenter examinavimus dicta statuta et dictum instrumentum laudationis, de quibus in dicta narratione facta fit mentio, ac etiam audivimus partes et advocatos earum et super hiis que dicere allegare et hostendere voluerunt diligentem huiusminus deliberationem. Christi nomine invocato eiusque auxilio implorato dicimus consuluimus declaramus et determinamus iuris esse quod prefati domini ordinarii nunc ressidentes in ecclesia predicta Mediolanensi teneantur recipere et admittere dictum dominum Morum in ordinarium ipsius ecclesie attento quod ipse dominus Morus laudatus est per tunc dominos ordinarios tanquam de nobili genere procreatus, et ut posset et deberet clericari ad altare maius dicte ecclesie Mediolanensis, et sic per dictos dominos ordinarios receptus est ad dictam intitulationem tanquam nobilis videlicet capitaneus vel vavasor, et sic de voluntate dominorum ordinariorum ipse dominus Morus est in possessione talis nobilitatis respectu dicte ecclesie, et per consequens tanquam nobilis in ordinarium dicte ecclesie debet admitti. Et ita dicimus consuluimus et declaramus, et in testimonium premissorum hanc nostram declarationem et determinationem per infrascriptum scribam et notarium nostrum subscribi fecimus et nostris propriis manibus subscripsimus.

Ego Johannes suprascriptus propria manu subscripsi.

Ego Christophorus suprascriptus propria manu subscripsi.

(SN) Ego Ambrosinus de Plantanidis in hac parte notarius et scriba prefatorum dominorum Johannis et Christophori predicta scribi feci et in testimonium premissorum me subscripsi, signumque meum consuetum apposui.

Documento n. 2

ASM, Fondo di Religione, Pergamene, Monastero di S. Ambrogio, cart. 344, 20.

Capitulum ecclesie Mediolanensis Archiepiscopali sede pastore vacante. Universis et singulis inspecturis tenore presentium facimus manifestum quod nos informati de edictis et pretensis constitutionibus factis per bone memorie quondam reverendissimum patrem dominum Franciscum ultimum et immediatum prefate Mediolanensis ecclesie archiepiscopum, nec non venerabilem decretorum doctorem dominum Franciscum de la Cruce primicerium et ordinarium ecclesie nostre olim eius domini archiepiscopi vicarium generalem et de nonnullis eorum

censuris et penis et attendentes quod pretense constitutiones huiusmodi sine conscilis et sine consensu nostro, ac nobis irrequisitis processerunt et propter censuras et penas ac prohibitiones in eis contentas maximum animabus imminere periculum edicta ipsa omnia et constitutiones et penas qualibet per edicta et pretensas constitutiones huiusmodi prolatas et inflictas presentium tenore revocemus, revocamus, et nullius effectus esse volumus et decernimus per presentes, quas per Beltraminum de Carchano publicum imperiali auctoritate et Curie archiepiscopalis Mediolanensis notarium ac cancelarium nostrum fieri et publicari ac in formam publicam reddigi fecimus nostrique iussimus sigili appensione muniri. Datum et actum in sacrestia nostre maioris acclesie, sub anno nativitatis domini Millesimo quadrigentesimo quadragesimo tertio die veneris sexto mensis novembris * septima indictione presentibus idibem discretis viris domino presbitero Petro de Medicis notario prefate Mediolanensis ecclesie, Donato dicto Bello de Placentia filio quondam domini Johannis civitate Mediolani et Donato de Corexio canonico ecclesie sancti Victoris de Corbeta Mediolanensis diocesis diocesis testibus omnibus idoneis ad hoc vocatis spetialiter drogatis.

Ego Beltraminus de Carchano filius quondam domini Jacobini publicus imperiali auctoritate notarius Mediolanensis porte Cumane parochie sancti Marcelini ac notarius et scriba Curie archiepiscopalis Mediolanensis dictique Capituli cancelarius premissis omnibus una cum prenominatis testibus presens fui presentesque literas in forma publici documenti confectas legi et publicavi et inde rogatus tradidi et subscripsi meque aliis occupato negotiis per alium scribi feci signumque meum apposui consuetum in fidem et testimonium omnium premissorum.

Documento n. 3

ACD, *Capitolo Metropolitano*, cart. LXXVI, 16.

Obligamur Beatissime Pater et nostri honoris ed debiti esse cognoscimus huius ecclesie ordinationes, instituta et consuetudines servare, fovere pro viribus et tueri, contraque nitentibus obsistere et eorum frustrari conatus. Audientes igitur venerabilem doctorem Jacobum de Vincentia, alias de Modoetia quantum poterit inniti et operam dare, ut in hac ecclesia vacantem per obitum domini Minoli de Bossis ordinariam obtineat, idque ipsius ecclesie statutis et ritibus adversum esse cognoscentes,, que ad cum admitti locum prohibent, quicunque ad eius ecclesie altare maius titulatus non sit, et de nobili et antiqua urbis huius aut diocesis prosapia, qua utraque condictione ipsum dominum Jacobum carere constat. Beatissimi vestri devotissime reverenterque supplicamus, ut ipsius votum hoc et petitionem reici repellique facere dignetur et si quid forte iam impetrasset, id tollere procesus et irritum habere penitus et inane huius enim tante tamque prestantis ecclesie conservando statui, maxime convenit suorum observantia statu-

(*) Il giorno 6 venerdì non corrisponde al 6 novembre come indicato dal notaio che scrisse il documento, si tratta quindi del 6 settembre, come indicato anche dal Fumagalli (nota 33). La indizione è calcolata secondo la indizione greca, in uso nei documenti milanesi.



torum nec ab aliarum notabilium ecclesiarum instutionibus aliena sunt et per romanos pontifices hactenus servata fuerunt.

Memores enim sumus temporibus nostris nonnullos in Romana Curia ac apud Principem nostrum illustrissimum potentes, se admitti postulasse et ipsos favores magnos habuerint tandem declinasse, et ab huiusmodi statutorum nostrorum violatione cessasse. Et nobiles buius civitatis molestum haberent et nullo pacto tollerarent statuta hec violari. Est tamen eadem in ecclesia capitulum aliud canonice decumanorum, in quo admitti possint et solent qui per huiusmodi constitutiones a capitulo nostro taliter exclunduntur, ut sic omnibus in omni statu locus ibi esset ad quod decumanorum capitulum si casu adveniente petierit ipse dominus Jacobus et obtinuerit promoveri, non ingratum quidem nobis erit, quia sic stantibus capituli nostri ordinibus statutis et consuetudinibus fieri apte sine cuiuscunque iniuria poterit. Beatitudinem vestram augeat et conservet Omnipotens feliciter in longevum. Datum Mediolani die XXIII Mai MCCCCXLVI.

Eiusdem Santitatis humillimi et devotissimi oratores Archipresbiter et Capitulum ordinariorum maioris ecclesie Mediolanensis.

Sanctissimo omnium patri et beatissimo domino domino Eugenio IIII divina providentia sancte Romane ac Universalis ecclesie dignissimo summo pontifici.

Documento n. 4

ACD, *Capitolo Metropolitano*, Statuti, cart. LXXVI, 26.

Illustrissimi et reverendissimi Signori, per la morte di monsignor Bussola, ho stimato bene di far conferire la Penitenziaria Magiore della nostra Metropolitana al signor curato Lorenzo Sormano, sogetto che per le sue habilità, maturità, destrezza, e servizio prestato nella Corte romana quattro anni, ed carica d'agente della Chiesa ambrosiana, si è reso meritevole di qualsiasi premio. Intesi doppo da noi, che vi sia Statuto, disponente di dover essere li Canonici ordinari di certe famiglie, ed initiati dalla prima tonsura all'Altare Magiore della nostra Chiesa, conditioni che non concorrono in lui, si siano risoluti di pregare le Signorie Vostre à dispensare per questo indulto con le solennità opportune, nel che offeriamo parimenti la nostra assistenza, protestando con espressa dichiaratione, che per tal dispensa in sodisfacimento della nostra unica istanza, e non vogliamo che restino in alcun maniera vulnerate le ragioni capitolari e con tutte le maniere possibili procuraremo che restino stabili le honorevolezze ò prerogative di così nobile, insigne, specioso Capitolo, per gli avanzamenti del quale spenderemo sempre sino all'ultimo spirito le opere nostre. Restiamo dunque sperando l'adempimento dell'intento e baciamo alle Signorie Vostre affetionatissime la mani.

Dal Collegio Elvetico li 30 giugno 1665.

Delle Signorie Vostre illustrissime et reverendissime

affetionatissimo servitore e fratello
A. Litta arcivescovo di Milano

Agl'Illustrissimi et reverendissimi Monsignori, l'Arciprete, Dignità, e Canonici della Metropolitana di Milano.

Documento n. 5

BA, *Fondo Casanova*, cart. L 16 Inf.

Infrascripte sunt nobiles parentele que possint titulari ad altare maius ecclesie Mediolanensis per ordinem secundum alphabetum.

De A

Nobiles de Aliprandis
de Alzate
de Ayroldis
de Ariboldis (.)
de Aplano
de Amichonibus
de Annono
de Arinerio
de Arixiis
de Arsago Seprii
de Advocatis

De B

Nobiles de Besutio
de Bossiis
de Bizozero
de Brippio
de Bustiarsizio
de Bernadigio de Foppa
de Birago
de Blancis de Vellate
de Burris
de Buziis
de Beluscho
de Biffis
de Bimio
de Bechaloe
de Badagio
de Busnate
de Basilichapetri
de Balbis
de Brioscho

De C

Nobiles de Cottis
de Curradis
de Caymbasilicha
de Castiliono



de Confanoneiriis
de Caymis
de Cataneis de Septara
de Comittibus Castriseprii
de Crivellis
de Cathaneis de Vicomerchato
de Canibus
de Cazolis
de Capitaneis de Sexto
de Caynarchis (.)
de Carnago
de Casate
de Carchano
de Capellis
de Cassanomagnago
de Capitaneis de Arsago
de Carpanis
de Cuticis
de Crepa
de Capitaneis porte Romane
de Cortesela
de Carugo
de Cayrate (.)
de Capitaneis de Cimiliano
de Castelleto
de Corbis
de Cagaranis

De D

Nobiles de Daverio

De E vachat

De F

de Figino
de Fagniano
de Foppa

De G

de Grassis (.)
de Gluxiano
de Gofredis di Homate
de Gironibus
de Giringelis

H vachat

De I

Nobiles de Inveruno (.)
de Imbersago scilicet Capitanei
de Iudicibus de Castagniate

De L

Nobiles de Littis
de Lamayrola
de Lampugniano
de Laporta
de Luyno
de Lastrata
de Landriano
de Lassalla
de Laturre

K vachat

De M

Nobiles de Marcelinis (.)
de Medicis de Novate
de Monetariis (.)
de Mirabiliis
de Marinonibus
de Maris
de Martignionibus
de Mayneriis
de Medicis de Casternate
de Menclotiis
de Marnate
de Molteno
de Marliano (.)
de Mantegatiis
de Moris (.)
de Mandelo
de Madregniano

De N

Nobiles de Nasis

De O

Nobiles de Oddonibus (.)
de Omodeis
de Ozino de Capitaneis



De P

Nobiles de Pusterla
de Porris
de Platis
de Petrasancta
de Panicis (.)
de Putheobonello
de Pirovano
de Pego (Perego)
de Prata
de Pado
de Pallatio
de Paganis de Rodello (.)
de Pavecino
de Petronibus de Cisnuchulo
de Pasqualibus (.)
de Perdepetis
de Pandulfis
de Porta Romana scilicet Capitanei

Q vachat

De R

Nobiles de Riboldis de Bexana
de Richis
de Raude scilicet Capitanei
de Ruzono
de Robiate
de Regnis
de Ruschonibus scilicet civibus Mediolani

De S

Nobiles de Salvaticis
de Scachabarotiis
de Spanzotis
de Serturi
de Segazonibus
de Solbiate
de Soresina
de Stampis
de Solario (.)
de Sachis
de Sessa

de Septara scilicet Capitanei
de Sesto Johanne scilicet Capitanei
de Stuchis (.)

De T

de Terzago
de Trivultio
de Tuttis

De V

de Vicecomitibus
de Vincemalis
de Valvassoribus de Sexto Johanne
de Vogo (Vigonzono)
de Vitudono
de Villanis

X vachat

De Y

de Ynono (.)

De Z

de Zerbis
de Zuttis

LEGENDA DELLE TABELLE n. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

CA = Famiglie del ceto dei capitanei e dei valvassori
FV = Famiglie filoviscontee negli anni 1322-1323
MN = Famiglie della *Matricula Nobilium* del 1377
MO = Famiglie della Motta
T = Famiglie filotorriane
NB = Famiglie nobili non della *Matricula*

(*) Famiglie non elencate nella Matricula del 1377.



TABELLA 1 – *Ordinari noti nel Duecento*

| Famiglia | CA | MO | T | Ordinari |
|---|---|---|---|---|
| Alzate (de) | | | | 1 |
| Amiconibus (de) | | | | 1 |
| Arsago (de) | O | | | 1 |
| Balbis (de) | O | | | 2 |
| Basilicapetri (de) | O | | | 4 |
| Birago (de) | O | | | 1 |
| Bossiis (de) | O | | | 1 |
| Busnate (de) | | | | 1 |
| Cacharanis (de) | | | | 1 |
| Cardano (de) | | | | 1 |
| Carnixio (de Besutio) (de) | O | | | 1 |
| Casate (de) | | | | 2 |
| Castiliono (de) | O | | | 1 |
| Cottis (de) | O | | | 1 |
| Dervio (de) | O | | | 1 |
| Grassis (de) | O | | O | 1 |
| Lampugnano (de) | O | | | 1 |
| Landriano (de) | O | | | 1 |
| Mandello (de) | O | | | 1 |
| Mayneriis (de) | O | | | 1 |
| Medicis (de) | | O | | 2 |
| Mora | | | O | 1 |
| Pirovano (de) | O | | | 1 |
| Porta Romana (de) | O | | | 1 |
| Pusterla (de) | O | | | 1 |
| Putheobonello (de) | O | | | 2 |
| Quinqueviis (de) | | | | 1 |
| Rizolio (de) | | | | 1 |
| Scachabarotiis (de) | O | | | 2 |
| Septara (de) | O | | | 2 |
| Sexto (de) | O | | | 2 |
| Sorexina (de) | O | | | 2 |
| Terzago (de) | O | | | 2 |
| Turre (de la) | O | | | 4 |
| Vicecomitibus (de) | O | | | 7 |
| Totale | 44 | 2 | 2 | 56 |
| | 78,5% | 3,6% | 3,6% | 100% |

TABELLA 2 – *Ordinari noti nel Trecento*

| Famiglia | CA | M | T | FV | MN | Ordinari |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Arzago (de) | ○ | | | | ○ | 1 |
| Baldizonibus (de) | | | | | ○ | 1 |
| Bexutio (de) | ○ | | | ○ | ○ | 1 |
| Bizzozzero (de) | | | | ○ | ○ | 2 |
| Blancis de Velate (de) | ○ | | | | ○ | 2 |
| Brippio (de) | | | | | ○ | 2 |
| Caimbasilicha (de) | | | | ○ | ○ | 1 |
| Carcano (de) | ○ | | | ○ | ○ | 3 |
| Casate (de) | | | | ○ | ○ | 3 |
| Castano (de) | | | | ○ | | 1 |
| Castelletto (de) | | | | ○ | ○ | 1 |
| Castiliono (de) | ○ | | ○ | | ○ | 1 |
| Curte de Yspra (de) | | | | | | 1 |
| Cuticis (de) | | ○ | ○ | | ○ | 2 |
| Dugnano (de) | ○ | | | ○ | ○ | 1 |
| Gluxiano (de) | ○ | | | ○ | ○ | 2 |
| Grassis (de) | ○ | | | ○ | | 1 |
| Mantegatiis (de) | | | | ○ | ○ | 1 |
| Mayneriis (de) | ○ | | | ○ | ○ | 2 |
| Medicis (de) | | | | ○ | ○ | 3 |
| Pusterla (de) | ○ | | | ○ | ○ | 2 |
| Scachabarociis (de) | ○ | | | ○ | ○ | 1 |
| Sexto (de) | ○ | | | ○ | ○ | 1 |
| Turre (de la) | ○ | | | | ○ | 1 |
| Vicecomitibus (de) | ○ | | | ○ | ○ | 8 |
| Totale | 27 | 1 | 3 | 36 | 42 | 45 |
| | 60% | (2,2%) | 6,7% | 80% | 93,3% | 100% |



TABELLA 3 – *Ordinari noti nel Quattrocento*

Dominazione viscontea

| Famiglia | MN | NB | Ordinari |
|---|---|---|---|
| Ardizonibus (de) | | ○ | 1 |
| Arzago (de) | ○ | | 1 |
| Birago (de) | ○ | | 2 |
| Bossiis (de) | ○ | | 3 |
| Brippio (de) | ○ | | 3 |
| Cardano (de) | ○ | | 2 |
| Casate (de) | ○ | | 1 |
| Cassatis (de) | | | 1 |
| Castiliono (de) | ○ | | 6 |
| Confanoneriis (de) | ○ | | 1 |
| Cottis (de) | ○ | | 2 |
| Crivellis (de) | ○ | | 3 |
| Cruce (de la) | | ○ | 1 |
| Dardanonibus (de) | ○ | | 1 |
| Dugnano (de) | ○ | | 1 |
| Gambaloitis (de) | | ○ | 2 |
| Grassis (de) | | ○ | 2 |
| Homodeis (de) | ○ | | 1 |
| Lavello (de) | | ○ | 1 |
| Medicis (de) | ○ | | 1 |
| Paravicino (de) | ○ | | 1 |
| Petrasancta (de) | ○ | | 1 |
| Prealonis (de) | | ○ | 1 |
| Pusterla (de) | ○ | | 2 |
| Strata (de la) | ○ | | 3 |
| Tradate (de) | | | 1 |
| Trivultio (de) | ○ | | 1 |
| Vicecomitibus (de) | ○ | | 2 |
| Vicomercato (de) | ○ | | 3 |
| Vellate (Blancis de) (de) | ○ | | 1 |
| Totale | 42 | 8 | 52 |
| | 80,8% | 15,4% | 100% |

*(segue tabella 3)*

TABELLA 3 – *Ordinari noti nel Quattrocento*

| Dominazione sforzesca | | | |
|---|---|---|---|
| Famiglia | MN | NB | Ordinari |
| Arzonibus (de) | ○ | | 1 |
| Arnoldis (de) | | | 1 |
| Baldo (de) | | ○ | 1 |
| Besozero (de) | ○ | | 1 |
| Biffis (de) | ○ | | 3 |
| Birago (de) | ○ | | 1 |
| Cagnolis (de) | ○ | | 2 |
| Caimis (de) | ○ | | 1 |
| Calvis (de) | | ○ | 2 |
| Capris (de) | | ○ | 2 |
| Carate (de) | | | 1 |
| Cardano (de) | ○ | | 1 |
| Caretto (de) | | ○ | 2 |
| Castiliono (de) | ○ | | 6 |
| Cazago (de) | | ○ | 1 |
| Cazolis (de) | ○ | | 1 |
| Clivio (de) | | | 1 |
| Cruce (de la) | | ○ | 1 |
| Curte de Yspra (de) | | ○ | 1 |
| Cuxano (de) | | ○ | 1 |
| Fagnano (de) | ○ | | 1 |
| Homodeis (de) | ○ | | 1 |
| Laveziis (de) | | | 1 |
| Mayno (de) | | ○ | 3 |
| Menclotiis (de) | ○ | | 1 |
| Moronis (de) | | ○ | 3 |
| Novate (Medicis de) (de) | ○ | | 3 |
| Olgiate (de) | | ○ | 2 |
| Paravicino (de) | ○ | | 3 |
| Platis (de) | ○ | | 1 |
| Porris (de) | ○ | | 2 |
| Prata (de) | ○ | | 1 |
| Putheo (de) | | ○ | 1 |
| Putheobonello (de) | ○ | | 1 |
| Rainoldis (de) | | ○ | 1 |
| Robiano (de) | | ○ | 1 |
| Rotiis (de) | | ○ | 1 |
| Sagramorus | | | 1 |
| Talentis de Florentia (de) | | ○ | 1 |
| Terzago (de) | ○ | | 1 |
| Tonsis (de) | | ○ | 1 |
| Vicecomitibus (de) | ○ | | 2 |
| Totale | 36 | 25 | 64 |
| | 56,2% | 39,1% | 100% |



TABELLA 4 – *Ordinari noti nel Cinquecento* (1500-1563)

| Dominazione francese o sforzesca (1500-1535) | | | |
|---|---|---|---|
| Famiglia | MN | NB | Ordinari |
| Alicornis (de) | | | 1 |
| Ardinghellis (de) | | ○ | 1 |
| Augustanis (de) | | ○ | 1 |
| Barcellis (de) | | | 1 |
| Barengo (de) | | ○ | 2 |
| Boysio (de) | | ○ | 1 |
| Calvis (de) | | ○ | 1 |
| Capris (de) | | ○ | 1 |
| Carcassolis (de) | | ○ | 3 |
| Cardano (de) | ○ | | 1 |
| Cassina (de) | | ○ | 2 |
| Castello (de) | | ○ | 2 |
| Cazzanigo (de) | | ○ | 2 |
| Castiliono (de) | ○ | | 3 |
| Cermenate (de) | | | 1 |
| Cerris (de) | | ○ | 1 |
| Clivio (de) | | ○ | 1 |
| Corariis (de) | | | 1 |
| Curte (de) | ○ | | 2 |
| Dominionibus (de) | | ○ | 1 |
| Fagnano (de) | ○ | | 1 |
| Figino (de) | ○ | | 1 |
| Gallarate (de) | | ○ | 1 |
| Giramis (de) | | ○ | 1 |
| Longhis (de) | | ○ | 1 |
| Moronis (de) | | ○ | 1 |
| Pado (de) | ○ | | 1 |
| Piolis (de) | | ○ | 1 |
| Ricciis (de) | | ○ | 1 |
| Rotiis (de) | | ○ | 2 |
| Talentis de Florentia (de) | | ○ | 2 |
| Tonsiis (de) | | ○ | 2 |
| Trivultio (de) | ○ | | 2 |
| Valleriis (de) | | ○ | 1 |
| Vicecomitibus (de) | ○ | | 1 |
| Vicomercato (de) | ○ | | 1 |
| | 13 | 32 | 49 |
| | 26,5% | 65,3% | 100% |

*(segue tabella 4)*

Tabella 4 – *Ordinari noti nel Cinquecento* (1500-1563)

| Dominazione spagnola (1536-1563) | | | |
|---|---|---|---|
| Famiglia | MN | NB | Ordinari |
| Airoldis (de) | O | | 3 |
| Bonipertis (de) | | O | 1 |
| Carpanis (de) | | O | 1 |
| Castrofranco (de) | | O | 1 |
| Cermenate (de) | | | 1 |
| Cruce (de la) | | O | 3 |
| Flocchis (de) | | | 1 |
| Gotiis (de) | | | 1 |
| Gluxiano (de) | O | | 1 |
| Pacedis (de) | | | 1 |
| Paganis (de) | | O | 1 |
| Pallavicino (de) | | O | 1 |
| Pioltinis (de) | | O | 1 |
| Putheo (de) | | O | 1 |
| Ricciis (de) | | O | 1 |
| Sacchis (de) | O | | 1 |
| Septara (de) | O | | 1 |
| Solis (de) | | O | 1 |
| Sormanis (de) | | O | 1 |
| Talentis de Florentia (de) | | O | 1 |
| Tortorinis (de) | | O | 1 |
| Triultio (de) | O | | 2 |
| Vergiate (de) | O | | 1 |
| Vicecomitibus (de) | O | | 1 |
| Vicomercato (de) | O | | 1 |
| Zerbis (de) | O | | 1 |
| | 12 | 16 | 31 |
| | 38,7% | 51,3% | 100% |
| Totale periodo 1500-1563 | 25 | 48 | 80 |
| | 31,2% | 60% | 100% |



Tabella 5 – *Ordinari noti nel Cinquecento* (1564-15[illegible])

| Periodo episcopato di Carlo Borromeo (1564-1584) | | | |
|---|---|---|---|
| Famiglia | MN | NB | Ordinari |
| Abbiati Forrieri | | O | 1 |
| Angleria (de) | | O | 1 |
| Arabiis (de) | | O | 1 |
| Basilichapetri (de) | O | | 1 |
| Bellini | | O | 1 |
| Bertolasii | | | 1 |
| Besutio (de) | O | | 2 |
| Cairo (del) | | O | 1 |
| Cardano (de) | O | | 1 |
| Caimis (de) | O | | 1 |
| Castiliono (de) | O | | 3 |
| Cittadini | | O | 1 |
| Coriis (de) | | O | 1 |
| Cribellis (de) | O | | 1 |
| Cruce (de la) | | O | 1 |
| Ferreris (de) | | O | 1 |
| Fontana | | O | 1 |
| Gluxiano (de) | O | | 1 |
| Lonatis (de) | | O | 1 |
| Mayno (del) | | O | 1 |
| Pocalodii | | | 1 |
| Puschis (de) | | | 1 |
| Pusterla (de) | O | | 1 |
| Reina | O | | 1 |
| Resta | | O | 1 |
| Rotiis (de) | | O | 1 |
| Rubertiis (de) | | O | 1 |
| Sanctopetro (a) | | O | 1 |
| Siccis (de) | | O | 1 |
| Speciani | | O | 1 |
| Vicecomitibus (de) | O | | 3 |
| Vicomercato (de) | O | | 1 |
| Vidardi | | | 1 |
| Totale | 16 | 18 | 38 |
| | 42,1% | 47,4% | 100% |

(segue tabella 5)

TABELLA 5 – *Ordinari noti nel Cinquecento* (1564-1599)

| Periodo 1585-1599 | | | |
|---|---|---|---|
| Famiglia | MN | NB | Ordinari |
| Albergoni | | | 1 |
| Arcimboldi | | O | 1 |
| Bellini | | O | 1 |
| Besutio (de) | O | | 1 |
| Boniperti | | O | 1 |
| Bonsignoribus (de) | | | 1 |
| Bossiis (de) | O | | 1 |
| Castiliono (de) | O | | 1 |
| Castano (de) | | O | 1 |
| Carolis (de) | | O | 1 |
| Cepollis (de) | | | 1 |
| Cittadini | | O | 1 |
| Maggiolinis (de) | | O | 1 |
| Marliano (de) | | O | 2 |
| Mazenta | | O | 1 |
| Millani | | | 1 |
| Moneta | | O | 1 |
| Moresinis (de) | | O | 1 |
| Parravicino (de) | O | | 1 |
| Pionni | | O | 1 |
| Putheo (de) | | O | 1 |
| Rusca | | O | 1 |
| Salodii | | | 1 |
| Seneca | | | 1 |
| Torniellis (de) | | O | 1 |
| Taegii | | O | 1 |
| Terzago (de) | O | | 1 |
| Valentini | | O | 1 |
| Totale | 5 | 18 | 29 |
| | 17% | 62% | 100% |

TABELLA 6 – *Ordinari noti nel Seicento* (1600-1699)

| Famiglia | MN | NB | Ordinari |
|---|---|---|---|
| Abbiati Forreri | | O | 1 |
| Airoldi | O | | 1 |
| Albergati | | | 1 |
| Alfieri | | O | 1 |
| Aliprandi | O | | 1 |
| Andreani | | | 1 |
| Archinto | | O | 3 |
| Arcimboldi | | O | 1 |
| Arrigoni | | O | 1 |
| Barbavara | | O | 1 |
| Beccaria | | O | 1 |
| Belcredi | | O | 1 |
| Beolchi | O | | 1 |
| Besozzi | O | | 4 |
| Boni | | | 1 |
| Bonsignor | | | 2 |
| Borri | | | 1 |
| Borsa | | | 1 |
| Bossi | | | 1 |
| Brivio | O | | 1 |
| Bucciarelli | | | 1 |
| Bussola | | | 1 |
| Cadolini | | | 1 |
| Calchi | O | | 1 |
| Capitani d'Arzago | O | | 1 |
| Capra | | O | 1 |
| Carcassola | | O | 1 |
| Casati | O | | 5 |
| Castelsampietro | | O | 1 |
| Castiglioni | O | | 6 |
| Cattaneo | | | 1 |
| Caymi | O | | 3 |
| Cernuschi | | O | 1 |
| Cerri | | O | 2 |
| Ceva | | | 1 |
| Cinquevie | | O | 1 |
| Cittadini | | O | 3 |
| Cocquio | | | 1 |
| Collio | | | 1 |
| Colombo | | | 1 |
| Corio | | O | 3 |
| Crespi | | O | 1 |
| Croce | | O | 4 |
| Dardanoni | O | | 1 |
| Fedeli | | | 1 |
| Federici | | | 1 |
| Ferni | | | 1 |
| Ferrari | | O | 1 |
| Finali | | | 1 |
| Frate (del) | | | 2 |
| Gallarati | | O | 1 |
| Ghisalberti | | | 1 |
| Giorgis (de) | | | 1 |
| Grassi | | O | 1 |
| Grattarola | | | 1 |
| Imbonati | | | 1 |

(*segue tabella 6*)

| Famiglia | MN | NB | Ordinari |
|---|---|---|---|
| Lambrughi | | | 1 |
| Lampugnani | O | | 1 |
| Landriani | O | | 2 |
| Lanzi | | | 1 |
| Litta | | O | 1 |
| Lodi | | | 1 |
| Lonati | | O | 1 |
| Lurani | | O | 1 |
| Marchesi | | | 1 |
| Martignoni | | | 1 |
| Mattei | | | 2 |
| Mayno (del) | | O | 1 |
| Mazenta | | O | 1 |
| Melzi | | O | 1 |
| Mezquida | | | 1 |
| Moneta | | O | 1 |
| Monti | | O | 1 |
| Negri | | O | 2 |
| Oldradi | | | 1 |
| Panigarola | | O | 1 |
| Pegna | | | 1 |
| Peroni | | | 1 |
| Petra | | | 1 |
| Piantanida | | O | 1 |
| Piola | | O | 1 |
| Pionni | | O | 3 |
| Pirovano | O | | 1 |
| Po | | | 1 |
| Porro | O | | 1 |
| Pusterla | O | | 2 |
| Rainoldi | | O | 2 |
| Rasini | | O | 1 |
| Reina | | O | 1 |
| Rho | | O | 2 |
| Riccardi | | | 1 |
| Romani | | | 1 |
| Rossignoli | | | 1 |
| Rubini | | | 1 |
| Rusca | | | 1 |
| Seccoborella | | O | 2 |
| Seroldoni | | | 1 |
| Settala | O | | 3 |
| Silva | | | 1 |
| Sormani | | | 1 |
| Strada | | | 1 |
| Tasti | | | 1 |
| Terzaghi | O | | 4 |
| Tranchedini | | | 2 |
| Triulzi | O | | 2 |
| Valvassori | | | 1 |
| Vezzoli | | | 1 |
| Visconti | O | | 14 |
| Totale periodo 1600-1699 | 55 | 55 | 163 |
| | 33,7% | 33,7% | 100% |



TABELLA 7 – *Ordinari noti nel Settecento* (1700-1798)

| Famiglia | MN | NB | Ordinari |
|---|---|---|---|
| Abbiati Forrieri | | O | 1 |
| Airoldi | O | | 1 |
| Alemagna | | O | 1 |
| Aliprandi | O | | 1 |
| Anguissola | | O | 1 |
| Archinto | | O | 1 |
| Arrigoni | | O | 1 |
| Barbiano di Belgioioso | | O | 1 |
| Bazzetta | | O | 2 |
| Bertarelli | | | 1 |
| Birago | O | | 2 |
| Bonsignori | | | 1 |
| Bossi | O | | 2 |
| Brasca Visconti | | O | 1 |
| Busseri | | O | 1 |
| Calchi | O | | 1 |
| Canzi | | O | 2 |
| Caravaggio | | O | 1 |
| Carcassola | | O | 1 |
| Casati | O | | 1 |
| Castelli | | | 1 |
| Castiglioni | O | | 1 |
| Cavalli | | | 1 |
| Cernuschi | | O | 1 |
| Cicogna | | O | 1 |
| Confalonieri | O | | 1 |
| Corbetta | | O | 1 |
| Corio | | O | 1 |
| Cornegliano | | | 2 |
| Corradi | O | | 1 |
| Crivelli | O | | 1 |
| D'Adda | | O | 1 |
| Daverio | O | | 1 |
| Dugnani | O | | 1 |
| Durini | | O | 1 |
| Erba Odescalchi | | O | 2 |
| Fagnani | O | | 1 |
| Furia | | | 1 |
| Gallarati Scotti | | O | 1 |
| Gallarati Scotti Ghislieri | | O | 1 |
| Gambarana | | O | 1 |
| Giulini | | O | 1 |
| Lampugnani | O | | 2 |
| Landriani | O | | 1 |
| Lanzi | | | 1 |
| Litta | | O | 2 |
| Locatelli | | | 1 |
| Lonati | | O | 1 |
| Lonati Crivelli | | O | 1 |
| Manrique | | O | 1 |

(segue tabella 7)

| Famiglia | MN | NB | Ordinari |
|---|---|---|---|
| Manzoni | | O | 1 |
| Mayno (del) | | O | 1 |
| Mazzoleni | | | 1 |
| Menati | | O | 1 |
| Meraviglia | O | | 1 |
| Negroni di Ello | | O | 1 |
| Olivazzi | | O | 1 |
| Oltrocchi | | | 1 |
| Oppizzoni | | O | 1 |
| Ordogno de Rosales | | O | 2 |
| Patellani | | O | 1 |
| Pestagalli | | O | 1 |
| Piantanida | | O | 2 |
| Pionni | | O | 1 |
| Porta (della) | | O | 1 |
| Pozzobonelli | O | | 1 |
| Prata | O | | 1 |
| Rezzani | | | 1 |
| Rosnati | | | 1 |
| Rovida | | O | 1 |
| Rubini | | | 1 |
| Sassi | | | 1 |
| Schiaffinati | | O | 2 |
| Sessa | O | | 1 |
| Sfondrati | | O | 1 |
| Sozzi | | | 1 |
| Talenti di Fiorenza | | O | 1 |
| Taverna | | O | 1 |
| Tosi | | O | 1 |
| Valentini | | O | 1 |
| Vassalli | | O | 1 |
| Verri | | O | 1 |
| Villani | O | | 1 |
| Visconti | O | | 6 |
| Visconti Borromeo | O | | 1 |
| Visconti d'Aragona | O | | 1 |
| Vismara | | | 1 |
| Vitali | | O | 1 |
| Totale periodo 1700-1798 | 31 | 57 | 105 |
| | 29,5% | 54,2% | 100% |

# DISCUSSIONI E RASSEGNE